



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XVII. De sequestrationibus possessionum & fructuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De sequestrationibus possessionum & fructuum.

TIT. XVII.

Quamvis sequestratio rei, de qua inter aliquos lis est, eâ pendente regulariter prohibita sit, certis tamen casibus permillum est, rem in iudicium deductam, ejusque fructus apud sequestrum deponi.

l. 1. C. de prohib. sequest. pec.

Quis dicitur Sequester?

A Pud quem plures (scilicet Actor & Reus) eandem rem, de qua inter eos controversia est, deposuerunt.

l. Sequester. 110. De V.S.

Quotuplex est Sequestratio?

Duplex, alia *Voluntaria* quæ fit partis utriusque consensu, eaq; semper permilla; alia *Necessaria*, quæ fit per iudicem, idque vel ex officio, dum rem litigiosam mandat sequestrari, similiter permilla; vel ad petitionem partis unius, alterâ contradicente, quæ regulariter est prohibita; cum non oporteat iudicium ab executione inchoare, nec possessorem durante lite; privare commo suo possessionis.

G *Quibus*

Quibus casibus licita est sequestratio?

c. 2. h. t. Primò, si Actor missus in bonorum possessionem ex primo decreto, fructus quos ex bonis percepit, distrahat & dissipet pro arbitrio suo. Secundò, *c. ult. eod. Gl. in d.* item Reus possessor condemnatus à sententia contra se lata appellaverit, & fructus ex re possessa dilapidet. Actor rectè petit pendente appellatione res & fructus sequestrari: pluresque calce alibi recensentur.

sequestrari.

De confessis.

TIT. XVIII.

Expeditis iis, quæ incidere in iudicium solent à Tit. X. *De feriis*, sic tractatus ad ipsam causam principalem. Actorque accingit se ad probandum. Certissima verò probatio est ipsius Rei confessio,

Qualis est hac confessio?

Quam facere Reus solet, præsertim prius juramento calumniæ, vel veritate dicenda, ad positiones Actoris iudicio, sub simili juramento pro-